

## CONCILIVM PROVIN. COLONIEN.

Habenda concio per Visitatores. Cap. VIII.

**N**Ec videbitur inutile, yt Vicarius noster in pōtiscalibus, seu alius ex Visitatorib<sup>z</sup> nostris Theologus, cōcionem ad populū habeat, eundēq<sup>z</sup> de oībus de quibus vtile videbit, ex diuinis scripturis per dei verbū admoneat.

Interrogandus parochus, quo titulo ministeriū gerat. Cap. IX.

**I**nterrogandus deinde parochus, num ipse principalis rector sit, aut vica riū mercenarius, an ordinaria authoritate admissus, nec ne, Vbi vicarius p̄f̄st parochiæ, videndum quo priuilegio absit parochus principalis.

De vita, moribus & doctrina inquirendus. Cap. X.

**D**einde inuestigandum de vita, moribus ac de doctrina, quo pacto verbum diuinū disseminet, ac sacramenta ecclesiastica administret, Et num omnia calleat quæ ad officium suum spectant. Vbi vero minus fuerit instruētus, erudiatur maxime in his quæ ad dispensationem ecclesiasticorum sacra mentorum attinent, p̄f̄sertim p̄nentientiæ. Subinde inquiratur, num in his deles aut negligens interdum sit, Et num illi necessarius & honestus vīctus suppetat, seu digna stipendia exoluantur. Nam si competens vīctus defecerit, ad eum modū (vt supra diximus) procurādus erit, aut ad nos referendū.

De habitu, tonsura ac reliquis externis videndum. Cap. XI.

**V**Idendum deinde de eruditione, habitu, tonsura, ac familiari conuersatione, honestas familiæ exploranda, libri quoque omnes inspiciendi, qui si nothi aut suspecti erunt, auferendi ac tollendi sunt.

Num hæresis quæpiā serpat, diligenter inuestigandū. Cap. XII.

**I**n super inuestigandum erit diligentissime, num in tota parochia vīlū hæreticus aut schismaticus delitescat, num hæresis aliqua serpat, atq<sup>z</sup> hic apponenda securis ad radicem, vt seducti per verbum dei in viam veritatis & ecclesiæ vnitatem reducantur. Qui contumaces fuerint, et cœtu cæterorum tollantur.

Num agantur alia, quæ cum dei & ecclesiæ institutis pugnant, discipiendum. Cap. XIII.

**P**reterea, nū in parochia superstitiones, sortilegia, diuinatiōes, atq<sup>z</sup> alia id generis, quibus mētes a deo viuo p̄ diaboli fraudes seducunt, exerceant, nū per iuria, blasphemia, adulteria, & similia crimina, ob q̄ iratus deus in nos gladiū iræ suæ vibrat, publice cōmittant, num ecclesiasticae censure contemnant, num sint qui parocco obedire floccifaciant, qui sacramēta ecclesiæ non participant, Item, num festi dies & ieunia ecclesiastica rite obseruentur.

De pue